



UNIVERSITÄTS-  
BIBLIOTHEK  
PADERBORN

## Universitätsbibliothek Paderborn

**Vindex Libertatis Ecclesiasticae || Et Martyr || S.  
Engelbertvs || Archiepiscopvs Co-||loniensis Princeps ||  
Elector, &c.**


**Gelenius, Aegidius**

**Coloniae Agrippinae, 1633**

Notatio ad Caput Vigesimum secundum.

**urn:nbn:de:hbz:466:1-9728**

**A**testes huius tam illustris Miraculi producit, præter loci incolas, Henricum Decanum Ruralem Christianitatis (ut arbitror) Tolbiacensis, huic enim Decanatu illa subest Parœcia. Trahit ex illa nomen, quæ pago dominatur, familia insignibus priori & hodierno sæculo viris illustris; è quibus Ioannes à Flatten Præpositus Aquisgraniensis, Cranenburgicus, & Carpensis, cōsiliarius VVilhelmi Iuliæ Ducis &c. notissimus prodijt, cui in eadem dignitate surrogatus fuit Henricus à Vlatten.



Flatten.

## Caput Vigesimum secundum.

*De Surdo restituto.*

**E**ST pagus VWestphaliæ Vlicdorp, in quo erat quidam ex multo iam tempore surdus. Pro eo vxor quotidiè orabat martyrem ENGELBERTVM, addito etiam voto, si sanaretur, aditrum eum locum cædis eius nudis pedibus & sine linceis vestibus, ibique oblationes suas daturum. Eo voto suscepit, ait surdus: Audio pulsari ad Missas. Stupet Vide vori efficaciam in surdi curatione. vxor, dicitque ad eum? Audis etiam me loquentem. Audio, inquit, imò verò nunquam mihi antehac melius audisse video. Itaque gratias agens Deo & martyri ENGELBERTO, abiit in Giuelsberg, ubi cæsus est martyr, & vota persoluit.

## Notatio ad Caput Vigesimum secundum.

### S. Stupet vxor.

**I**N manuscript. habetur: *Audio pulsari ad missam; illa stupente de verbi nouitate, protinus adiecit: audio etiam vocem galli nostri*

*nostri, cui cum diceret illa, num & me loquentem audis? respondit  
audio.*

Vlichdorp

Vlichdorp pagus supremæ Archiepiscopi Coloniensis Angariæ Ducis subiacet iurisdictioni: Memorabile est quod S. Landelinus de Monasterio ibidem super ossa B. Landelini confessoris in honorem B. M. V. extructo, refert in tabulis fundationis, Erpo Comes Padbergensis:

Erpo co-  
mes Pad-  
bergi.

Miraculum  
de imagine  
crucifixi.

In villa nostra, inquiens, Vlichdorp incepimus structuram nostram consummare, anno gratiæ millesimo centesimo primo in honorem Piæ Matris, & ut ardentius instarem, benignissimus Deus flagello suo me torpenter excitauit hoc modo: Quodam tempore oppidanis in Harhusen, forte iniuste, in tantum offensus, ut oppidum ipsorum totaliter destruere & consumere vellem, & iam ignem immitterem, quidam de ipsis oppidanis ad Ecclesiam sancti Magni gloriosi martyris fugientes, imaginem crucifixi Domini rapuerunt, & eam ferentes obuiam mihi furenti processerunt; at ego præ furore rationem non capiens, ad portatores cum euaginato gladio, ut stultus miser irrupi, & quod crucifixo pro corona capiti impositum erat percussi, & partem in terram deieci. Nec sine mora vltio diuina defuit, nam digiti mei, quibus ferruni ad contumeliam sanctorum reliquiarum strinxeram, & manus in volam contracti, præsentiam æterni Iudicis ibi adesse & iram præsensi: Tunc igitur, eius flagello castigatus, & tamen de eo quod scriptum est, flagellat omnem filium quem recipit, fiduciam sumens, præsumebam à misericordia Dei me diligi quod merebar affligi,

præ-



*Erpo de Padberg Comes hec  
ancilia gesit.*

A præfatæ Ecclesiæ Beati Magni de meis possessionibus mansum vnum,  
& Monasterio meo Vlechtorensi omnia mea & me ipsum, ministeriales  
meos cum beneficijs, & possessiones & seruos meos omnes mihi  
bene in hoc consentientes, Dominæ meæ perpetuæ  
Virginis Mariæ contradidi.] &c.

Hæc ex literis fundationis Vlichtorpianæ adnotasse suffi-  
cient. De aduocato hæreditario non admittendo &c. omissa  
in aliud tempus referuui,

B Caput Vigesimum tertium.

*De paralytico, & surdo liberato.*

C **V**erò Dominus martyris gloriam declararet, etiam per nocturnas visiones quosdam admonuit eius suffragia implorare. In pago Iserlonensi fuit quidam, semiquinque annis ex paralyysi & lingue manuum officio destitutus. Is sub meridiem quandoque obdormiens, audiuit vocem dicentem sibi: Dic auunculo tuo, ut ducat te in Giuelsberg, ubi occisus est Episcopus ENGELBERTVS, & curaberis. Mox ille euigilat, incipit loqui, & gratias agit Deo. Stabat auunculus eius in media domo, audiensque loquenter illum, alta voce dicebat: Quis loquitur in cubiculo? Respondet ille: Ego loquor. Accurrit auunculus, obstupescit, aitque ad eum: Qui fit, ut tamdiu mutus, tam absolutè loquaris? Ille refert quam vocem audierit. Nondum autem commodè ingredi potuit, quod coxa diuturni morbi vi exesa esset. Itaque in vehiculo ductus est in Giuelsberg, in dies melius habere cœpit, ita ut exiguo scipione fultus, iret quoconque libitum esset, per merita martyris se sanatum vbique prædicans.

Mutus loquitur.

D Notatio ad Caput Vigesimumtertium.

§. In pago Iserlonensi.

I Serlonum hodiè oppidum est Comitatus Marcani, Satrapæ titulo, & ferrarianobile, horis tribus Geuelsbergio dis-  
fatum.

Iserlon.

Ff

§. Quam